



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

82 Q[ue] Levibvs Ex Cavsis, Pavperibvs Sacramenta denegentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

ce clarius appareat, qua synceritate, quaue dexteritate id agatur. Nempe compertum habent officiales, se suosq; superiores, a consistorij aduocatis & procuratoribus timeri. Et sic miseri clientes patronorum verecundia, dum quod contra ecclesiasticum iudicem, eiusue superiores, quacunq; in parte facere possent, in iudicio proponere non audent, ultra q; par sit, negliguntur. Quam rem ecclesiastici prelati, hq; qrū in territorio tale exercetur consistorium, quum prohibere, penitusq; eradicare deberent, tutantur, ac defendunt. Et id potissimum eam ob causam, vt si quando ipsi, subditisue ipso rum in ecclesiastico iudicio experiendum siet, dicti aduocati & procuratores contra ipsos exteris suis clientulis, ea quæ causæ sibi postulat necessitas, consulere, in iudicioq; propozere vereantur; ne, si diuersum facerent, prælatos sibi infenos, iudicesq; sibi male propicios redderent: talemq; aduocatorum & procuratorū metū ac formidinem, nemo est, cui vel cerebrū sit, cui leua in parte māmillæ cor saliat, qui inficias ire, vel possit, vel audeat, cum id quotidiana experientia adeo eluceat, vt nemini non, nisi forte ihs, qui nondum ære lauantur, sit exploratissimum. Quotus enim quisq; est aduocatorum, vel procuratorum, qui non amore, spe, timore, insidia, fauore, muneribus, similibusue affectibus, animo non aliquando rectoq; consilio deñciatur, quum nihilominus vacui etiam prædictorum affectuum, vix tandem presibus, precioue inducuntur, vt nihil diligentiae, laborū nihil, nihil item clientuli iurium prætermittatur. Enumeratis vero grauaminibus, nulla præsentior adhiberi posset medicina, q; si litigantibus a certo usq; limite, & aduocatos, & procuratores vel consulere, vel ad consistorium secum adducere liceret.

### Q: LEVIBVS EX CAVSIS, PAVPERIBVS.

Sacramenta denegentur.

Et hoc facinus Christi disciplinam profitentibus peni 82

G.

cus abominandum est, q̄ ihs, quibus est res angusta domi, vbi  
parrochis & ecclesijs ad diem solutioni destinatum, per ino-  
piam satisfacere nequeunt, corpus & sanguis Christi, sacro-  
sancta, quæ nobis sacramēta in remissionem peccatorū reli-  
quit, denegātur; immo quasi pignus precluduntur, non atten-  
ta vltioris dilationis, & quidem modice, petitione. Quanq̄  
tales similesq; causæ pro conditione sua, coram secularibus  
iudicib; merito finem sortiri deberent.

83 Item quium agricolæ Autumni tempore vindemiare cu-  
piunt, quemadmodum vnicuiq; ad sui vtilitatem facere licet,  
nihilominus tamen, si vindemia illa displicet spiritualib;  
( vt vocant ) qui eo loci decimas possident, miseris inhibent  
agricolis, sub excommunicationis, necnon pecuniarum pœ-  
na, ne vuas colligant prius q̄ ipsi id permittant, vnde eue-  
nit, vt sæpe pauperculi illi non paruo afficiantur damno, cū  
vuas suas, quas maximis expensis & laborib; per inte-  
grum coluerunt annum, vindemiare non audeant. Etiam si  
illi interim vel frigore pereant, vel etiā marcescere incipiāt,  
tantummodo ob decimarū lucrum iniquum, saepius etiam ob  
inuidiam detestandam. Que ambo cōtra iura sunt diuina, fas  
& omnem pietatem, ac ideo merito aboleri debent.

#### VT ECCLESIASTICI SINODIS ABVTANTVR.

84 Nec minus molestum, graue, & Germanorum vulgo into-  
lerabile est, q̄ synodales iudices pluribus in locis quotannis  
id quod non nisi post annorum intercapidinem vt fieret, ius-  
ribus permisum est, obequitant, ac mirum, quid fictitiæ ius-  
risdictionis, aut superioritatis exerceant; hoc interim constat,  
simplici popello hac via necessaria subtrahi alimenta: neq;  
talis peragratio eo fine & ordinatione, qua summis pontis  
ficibus instituta est, obseruatur. Nā pro poenis & correctio-  
nibus, quibus facinorosos & criminum fontes a vicis deter-  
rere deberent, pecuniam præsentem & numeratam, & quic-  
quid deniq; eis in lucellum cedere potest, exigunt. Id quod

R.